

allegatur, quod, causa vitandi circuitum, datur ei actio, cum quo nullum negotium est gestum, si verè id ad eum pertinet, & l. cum fundus, §. seruum tuum imprudens ff. si certum petatur: & quoniam in hoc regno iudicandum est in spectu facti veritate, vt habetur. l. 10. tit. 17. lib. 4. nouæ collect. idemque fancitur est in Lusitania lib. 3. ord. titu. 49. Doctrina verò hæc Gutier. maximè habebit locum in hoc Castellæ regno propter dispositionem, l. 21. Tauri citata. Eum legito.

DISPV. T. 641.

Succesor in maioratu, an teneatur soluere debita prædecessoris in illo, qui eius maioratus institutor non fuit.

SVMMA RIVM.

- 1. Debita in vtilitate maioratus, aut pro reipublica vtilitate ex Regis facultate contracta, obligatis ad illa bonis maioratus, soluenda sunt à successoribus in maioratu, alienariq; ad ea soluenda poterunt ex eadè regia facultate bona aliqua maioratus.
- 2. Debita contracta pro fructibus ex maioratu percipiendis non tenentur soluere successores. Si tamè concernerent vtilitatem maiorem sequentium in eodè maioratu, contribuere vniuersisque cogi possent pro rata suæ vtilitatis.
- 3. Maioratus possessor si sumptus in maioratu vtilitate efficiat, ad conseruationem tamen illius non necessarios, siue ex regia facultate, siue non, quosque successores ad ea debita teneatur, & quosque non. Nec pro eis bona maioratus obligari possunt.
- 4. Maioratus possessor obligare potest bona maioratus pro debitis factis ad necessarium illorum conseruationem, aut ad longè maius commodum maioratus, ad eaque tenentur successores in maioratu ex bonis eiusdem maioratus.
- 5. Id verum habet, tenenturque successores ad debita creditibus, etiam vxori comparatione dotis & bonorum paraphernalium, nihil impediète. l. 46. Tauri. Quin si pro necessaria reparatione, aut conseruatione edificij maioratus, mutuo numeretur pecunia, quæ tota in eo consumeretur, tacite hypothecatum pro eo debito id edificium eo ipso maneret.
- 6. Debita, quæ antecessor in maioratu non pro necessitate, neque vtilitate maioratus contraxit, soluere non tenentur successor in maioratu de bonis maioratus. Neque aliter ad illa tenentur, quam si hæres illius extiterit, idque pro rata portionis, in qua hæres extiterit.
- 7. Rex quosque debita sui prædecessoris in regno soluere tenentur.
- 8. Maioratus successor in Lusitania quosque quadam antecessoris sui debita soluere tenentur.

Quod attinet ad debita prædecessoris in maioratu, qui institutor eius non fuit, distinguendum est. Quoniam, aut ea debita contracta sunt contemplatione maioratus, pro eius conseruatione ac vtilitate: aut aliter sūt contracta, pro vtilitate, aut libito prædecessoris.

Quando contemplatione maioratus, pro illius conseruatione ac vtilitate, contracta sunt, tunc, si interuenit regia facultas ad ea debita cōtrahenda, aut ad bona maioratus pro illis hypothecanda, vtique onus ea soluendi, trāsit ad successores in maioratu: poteruntque aliqua bona maioratus ad id vendi, aut aliter alienari, vt satisfiat eis debitis, quando comodior alius modus eis satisfaciendi non occurrerit. Ita Molina lib. 1. de primog. c. 10. no. 15. Sic vidimus an

nis præteritis, cū Rex seruitium à possessoribus maioratum pro reipublica indigentia exigeret, & quidam possessor cuiusdam maioratus, grauatus esset multo ære alieno: facultatem illi Regem concessisse, vt annum cētium redimibilem certæ quantitatē super bona maioratus venderet, vnde pecuniam ad id seruitium necessariam compararet; cum autem hic paulo post mortuus esset sine liberis, & germanus frater succederet in maioratu illo, onere illo cētus ex regia facultate ea de causa grauato, vtique tam ipse, quam reliqui successores in eo maioratu, tenentur ex rebus eius maioratus soluere annuū illi censum, quovsq; liberalitate alicuius ipsorum redimatur, aut diuendatur pars maioratus, vnde id onus redimatur, atque auferatur.

Quando autem debita sine regia facultate contracta sunt maioratus contemplatione, pro illius conseruatione ac vtilitate, iterum est distinguendum. Quoniam, aut ea debita contracta sunt ex causis ad maioratus perpetuam conseruationem necessariis, ita scilicet, q. nisi fieret illa expensa, res maioratus perirent, aut valde redderentur deteriores: aut contracta sunt ex causis ad perpetuam maioratus conseruationem & vtilitate voluntarijs, quia scilicet sine illis res maioratus perferuerat quidem sine notabili detrimento, atramen expensæ illæ vtiliores in perpetuum res maioratus reddiderunt; vel denique debita illa contracta sunt ex causis, quæ ad fructuum collectionem attinebant, vel ad impensam, quam maioratus possessor facere tenebatur.

In hoc tertio euentu, successor in maioratu, non tenentur soluere eiusmodi debita, neque antecessor potuit pro illis obligare bona maioratus: quoniam solutio earum expensarum, ad possessionem tunc maioratus spectabat: ex rebus maioratus, eo quod ex debito suo, aut pro sua solum vtilitate, eas fecerit: quare hæres illius tenetur ea debita soluere, iuxta vt res hereditatis talis tunc possessoris maioratus, non vero successor in maioratu, nisi hæres simul fit talis antecessoris: atque tunc tenentur, quatenus hæres illius, de alijs eiusdem prædecessoris bonis, non vero quatenus successor in maioratu, neque de bonis maioratus, aut de rebus maioratus, qui a pūcto mortis prædecessoris ad ipsum spectant. Hæc ex se sunt, nota, eaque affirmat Molina. ca. 10. citato. num. 18. 23. §. si vero, & nu. 24. & in calce. num. 27. & confirmatur ex c. ex præsentiu, de pig. vbi, cum factus quidam defunctus bona quadam mobilia sine Ecclesiæ in pignus tradidisset pro debito contracto, nō ex Ecclesiæ, sed ex sua necessitate, præcipitur, vt hæres illius soluat debitum, & res illa reddantur Ecclesiæ: quæ pignoris rationem, eo q. non essent ita creditis illius, sed Ecclesiæ, neq; pro Ecclesiæ necessitate sine rine obligata, subire nō poterūt: neq; Ecclesiæ, aut successor in illa, ad solutionem talis debiti teneatur, eò q. pro Ecclesiæ illius necessitate, aut vtilitate, nō fit contractum. Rectè verò Molina vbi supra subiungit, si debita illa essent contracta pro expensis factis in rebus maioratus, ex quibus vtilitas redundaret in successores, quia scilicet propter illas fructus perciperent vberiores, tunc, pro tanta vtilitate, quam suo tempore perciperet, contribuere tenentur ad eas expensas, seu ad ea debita, ita vt, quod contribuere, incrementum vtilitatis, quam perciperet, non excederet, neque contribuere plus, quam pro rata vtilitatis suæ, ad ratam vtilitatis antecessoris, ac sequentiū i maioratus, etiam incrementū vtilitatis esset longè maius.

In secundo vero euentu, quando scilicet debita essent contracta ex causis ad maioratus perpetuam conseruationem, ac vtilitatem, non quidem necessarijs, sed voluntarijs, dicendum est. Si facultate regia essent contracta, tunc bona ipsa manere ad eiusmodi debita obligata (Regem tñ non debere ea concedere, nisi euidenter constaret, id esse in maioratu

multo

multo vtilitatem maioratus, quam sit quantitas eorum debitorum, aut nisi bonum cōmune reipublicæ postulat, vt id ita fieret) ac proinde successores in maioratu manere etiam obligatos, & teneri illa soluere eo modo, quo de censu illo, in bonis cuiusdam maioratus ex regia facultate constituto, in principio huius disputationis dictum est. Ita Molina. n. 27. citato, §. si verò, licet modum solutionis non explicet. Si verò sine tali facultate essent contracta, tunc maioratus bona non manent pro eiusmodi debitis obligata, neque alienari possent ad illa soluenda, neque proinde ex illis solui possent. Vniuersique tamen successorum in maioratu pro ratione maioris vtilitatis, quæ ob eos sumptus perciperet, cogi possent aliquid proportionale, prudens arbitrio taxandum, de rebus contribuere, modo in calce tertij euentus præcedētis à nobis explicato. Quod si quid soluendum superesset, illud tenerentur soluere hæredes eius possessoris, qui ea debita contraxit, idque de hereditate illius, modo in eodem tertio euentu etiam à nobis explicato: alioquin creditores id amittent. Hæc intendere & affirmare videtur Molina §. si verò citato, iuncto §. sequenti, & num. 18. licet rem non adeo exactè expliceat, & facile patet ex dictis in tertio euentu præcedētē: præter illud, quod bona maioratus non manent pro eis debitis obligata, neque ad illa soluenda possent alienari, aut ex illis solui possent. Quod tamen probat Molina §. si verò citato: quoniam cum id cedere facile possent in destructionem maioratus, & in maximum grauamen, & detrimentum successorum in illo, vtiq; nō esse censenda concessa illi facultas, vt obligando bona maioratus, aut reditus aliquos ad successores percipiendos ex illo, id efficiat, quod vtile iudicatur futurum maioratu, neque omnino est necessarium ad eius maioratus conseruationem: sed ex suis solū bonis, conseruando id maioratu, & successoribus in illo, potest solum id efficere, si velit, aut certe periculum maioratus nulla ex parte dissoluetur, neque id contingit reditus, alioquin ex eo maioratu à successoribus percipiendos; quod si ea lege illos noluerit facere, ad eis efficiendis se contineat.

In primo vero euentu, quando scilicet debita contracta essent ex causis ad maioratus perpetuam conseruationem necessarijs, soluenda essent de bonis maioratus pro eis debitis obligati, atque ad eorum solutionem tenerentur successores in maioratu, essent; eo modo loquenda, quo de censu illo ex regia facultate in quodam maioratu constituto, in principio huius disputationis dictum est. Ita Molina vbi supra à num. 15. & num. 25. communiquè doctorum sententia, quam referet. Quod autem successores in maioratu tenerentur ei soluere de bonis maioratus, probat c. 1. de solut. Vbi pronuntiat, debita à prædecessore in Ecclesiæ necessitate contracta, soluenda esse à successore de bonis talis Ecclesiæ: eademque est ratio de debitis à prædecessore in maioratu pro necessitate eiusdem maioratus contractis, quia scilicet, nisi eis iurpibus repararetur, deterior multo redderetur, longèq; maius detrimentum illi obueneret, quam fit quantitas debitorū ea de causa contracto- rum: tunc enim negotium maioratus gelsit vtiliter, ac proinde maioratus ipse, successoresq; in illo, ratione illius, longèq; de bonis illius, tenerentur ei, & creditoribus ea in parte illius, ad ea debita, actione negotiorum gelsorum. Atque idem dicendum esse a debitor, quando, licet causa non essent necessaria, essent tamen adeo vtilis, quod ex eis sumptibus, ac debitis, longè plus valoris, & emolumenti, accreuerit maioratu, quam vni sumptus illi ac debita: tunc enim maioratus ipse, & successores in illo ratione illius, tenerentur illi, & creditoribus illius, ad ea debita

ta actione negotiorum gelsorum. Imo verò familia debita c. 1. de solut. cōtinentur contracta pro necessitate Ecclesiæ: & maioratus, hoc est, pro longè maiori vtilitate, quam si facta non essent: quod enim vtile eo modo est, necessarium etiam dicitur, sumptus necessario latè, vt comprehendit etiam dicitur, sumptus in procemio Porphirij, & alias sape notatur. Neque refert, si quis dicat, maioratus bona neque hypothecari, neque alio modo alienari posse, ex præcepto institutoris, ex maioratusq; ipsa natura, ac proinde nec obligari posse pro eiusmodi debitis, neq; diuidi partem eorum ad ea debita soluenda. Nam id intelligendum est, ex causa voluntaria: secus autem ex causa necessaria, qualis hæc est: in prohibitione enim alienationis exclusæ tenetur alienatio ex causa necessaria, vt probant iura, quæ in principio disputationis præcedētis ad hoc citauimus, & affirmat communis sententia, quam ad rem propositam Molina vbi supra, num. 20. refert ac sequitur. Neq; enim credendum est, maioratus institutorem, qui res maioratus idcirco alienari prohibuit, vt perpetuo in familia conseruarentur, id etiam uoluisse in euentu, quod si pars non alienaretur, aut, si omnes non exponerentur periculo alienationis partium eorum, omnes, aut longè maior partem, omnino perire: id quippe hominis esset prolixius insipientis, & qui contrarium præcipere, quam eo suo præcepto intenderet. Hæc omnia confirmantur ex l. pater filij, in princ. ff. de leg. 3. Vbi, cum pater bonus, quæ hypothecæ alteri obligata habebat pro certa pecuniæ quantitate, quam illi debebat, in fidei commissum filio reliquisset, prohibendo illa alienare, aut hypothecæ subijcere, vt in perpetuum in familia conseruarentur; si uisq; ea hypothecæ alteri subiecisset, pro equali pecuniæ quantitate, quam tunc accepit, vt soluere illud debitum patris, pro quo eadem bona pater hypothecæ subiecerat, quæ situm fuit, aut hæc secunda hypothecæ valida esset, vel nō, sed esset nulla, vt pote contra præscriptum patris. R. eipson deur verò, validam esse: quia ex causa necessaria ad soluendum debitum patris, neque aliter ea hypothecæ subijciendo, quam à patre essent subiecta, id solum commutando creditorem, cui hypothecæ essent subiecta: quo fit, vt longè maiori cum ratione valide pars bonorum maioratus alienetur, aut omnia bona hypothecæ subijciantur, ad euitandū longè maius eorumdem bonorum damnium, aut etiam ad commodum eorumdem bonorum longè magis augendum.

Molina vbi supra num. 25. querit, an iuxta hunc textum, qui ex regia facultate constituitur cētium aliquem in bonis maioratus, si illi redemisset, posset aliquid noua facultate, æqualem alteri concedere in eodem maioratu, commutando tantum creditorem, cuius census debeatur. Ac respondet. Si id fiat concedendo censum secundo, vt ex pecunia redimat primum, id fieri posse: quoniam solum est commutare creditorem eiusdem quantitatē sine villo maiorari onere, atque primam obligationem secundā extinguendo, vt in calce textus citati factum est. Postquam autem semel extinxisset censum ex sua, aut ex aliena pecunia mutuo accepta, non possit sine noua facultate constituere æqualem censum, nisi is, cui antea debitus erat census, tempore dissolutionis, aut in continentia post dissolutionem, cessasset ea actionem, quæ habebat in bona maioratus: quod virtute est cōcessisse illi eundem censum, aut ius census in eadem bona maioratus pro ea pecunia, vt vtrunque colligitur ex l. Modestinus. ff. de solu. ex l. Papinianus. ff. mād. & ex l. 1. tit. 12. par. 1. Credo tamen in hoc euentu bona maioratus manere obligata redemptori eius census pro pecunia, qua eum redemit, idque negotiorum



tiorum gestorum actione, nisi ex mera liberalitate, condonando id maioratu & successoribus illius, casum restituerit. ... Dignum est, utrum si cuiusmodi debita sint contracta ad reparandum, aut reficiendum, aut de novo edificandum in domibus maioratum, aut ad alia de quibus est sermo l. 46. Tauri, que est l. 6. tit. 7. lib. 5. non ex lege teneatur similiter ea solvere successoribus in maioratu, de bonis ipsorummet maioratum. Ratio autem peculiariter dubitandi de eiusmodi debitis est, quoniam eadem l. 46. Tauri, fancitur, ut valorem eiusmodi melioramentorum, ac sumptuum, non teneantur solvere successoribus in maiora tu vxori aut filijs, qui illos legit, aut filijs, vel heredi bus, ac successoribus illius, esto ea de causa inno uent pars bonorum superlucratiorum, aut nihil, adue niat vxori illi, & esto filij minoreem consequantur legitimam, quam alioquin esse accepturi. Merito tamen Molina vbi supra num. 16. & 18. Gatier. de pract. q. lib. 2. p. 84. & Burgos de Paz iunior de ma ioratu. q. 7. 3. num. 42. censent, etiam eiusmodi debi ta ex causa necessaria esse solvenda, & pro illis obli gari posse bona maioratus. Ratio autem est, quon iam lex ista solum loquitur de vxore & filijs pos sessoris maioratus, qui eas expensas, ac melioratio nis, fecit, & eo quod bona illa essent ipsiusmet posses soris maioratus propria, neque ad legitimam filioru, aut ad partem vxoris spectarent, nisi ex hypothesi quod tempore mortis patris, aut mariti, extarent, ne que essent consumpti: loqe vero alia ratio est de cre ditoribus, qui ad id mutuo dederunt, aut in quorum damnum tales sumptus facti sunt, de quibus credi toribus ea lex non loquitur, que, tanquam exorbi tans, non est ad eos extendenda. Imo credo, esto debita ista ex causa voluntaria essent contracta, vtli tamen maioratus, non in superessent bona posses soris maioratus, que debita contracta, vt de solueren tur, posse creditores petere de bonis maioratus in crementum per petuum in eis bonis factum, vt scilicet de maioratu tantumdem estimationis detraberetur in parte aliqua illius, aut vt centus annuus in eo maioratu constitueretur solvendus creditoribus, vn de id incrementum eis perfolueretur. Hac eadem similitur sunt dicenda comparatione vxoris posses soris maioratus, qui tales sumptus fecit, quando de dote, aut de bonis paraphernalibus vxoris, eos fecit habet magis privilegii, quam sint careri: neque de vxore, quoad hanc ius propria bona, minime sibi cum marito communia, loquitur lex 46. Tauri, sed solum quoad communia facta sibi cum marito. Il lud etiam est obseruandum cum Molina vbi supra, num. 19. & 23. & cum alij doctoribus citatis, si pecunia mutuo detur ad reficiendam, aut reparandam, domum maioratus, aut ad aliquid in ea edificandam, vel ad alia maioratus adificium, neque plus ad id sit mutuo datum, quam ad illud sit necessarium, sic que in eo re ipsa expensum, esto adificium non sit pro eo debito expressis hypothecatum, manere tamen non solum de iure huius regni, sed etiam de iure communi, pro ea pecunia ac debito tacite eo ipso hypothecatum cum privilegio prelacionis, vt disp. 43. nos late ostendimus, nihil impediente, quod id adificium sit bonum maioratus: modo tam ex causa necessaria sit id expensum: non vero ex voluntaria tantum ac vili: quoniam iam supra dictum est, ea causa voluntaria non posse res maioratus expresse, aut tacite subijci hypotheca: ad successoribus in maioratu contra naturam rerum maioratus, instituti toribus illius preceptum. Hac quando debita con tracta sunt maioratus contemplatione, ad illius con seruationem, ac vtilitatem.

Quando vero debita non sunt ita contracta, sed

A pro vtilitate, necessitate, aut libito, possessoris maio rati, tunc, si successor in maioratu tali antecedenti possessori heres illius existat, tenebitur ad debita il lius, non de bonis, aut fructibus maioratus, neque quatenus successor est in maioratu, sed de bonis pre decessoris hereditarijs, pro rata solui portionis, in qua heres illi existit, ac iuxta vires eius portionis, si inuentarium conficiat. Hac nota fuit ex lex & ad hanc dispositionem precedente, ea q; affirmat cum Peralta Molina. c. 10. citato, nu. 28. Quando vero successor in maioratu heres prede cessori non existit, non teneatur ad eiusmodi debita predecessoris. Ita communis doctorum sententia, quam referunt ac sequuntur Molina vbi supra. num. 29. Greg. Lopez. l. 4. tit. 1. p. 2. verbo. sus deudas, & Ant. Gom. l. 40. Tauri, nu. 7. Ratio autem est, quon iam in eo maioratu non succedit iure hereditario, sed sanguinis, neq; illud accipit ad predecedere, sed ab institutore, ex illiusque precepto ac ordinatio ne, vt disp. 617. & 626. est comprobatum: quare bo na maioratus libera omnino sunt ab omnibus eius modi i. debitis predecessoris, & successor in illis liber etiam est, eorum ratione. Neque refert, si quis obijciat, l. 4. tit. 1. p. 2. dicit Regem succedentem in regno, teneri solvere debita sui predecessoris: vnde loqui videtur, successoribus in reliquis maioratibus, teneri similiter solvere debita suorum in eis maioratibus antecessori: eo quod, etiam in regno, iure sanguinis succedatur, & non in re hereditario, vt dispositionibus citatis ostensum est: valeatq; argumentum a regno ad ceteros maio ratus, quando in eis peculiariter non est aliud dispo situm. Non, inquam, qd refert. Primo, quoniam lex ista loqui videtur, vt regulariter euenire solet: in quo euenit, de bonis liberis, que ad hereditatem ad predecessore relicta sunt spectat, teneat ea solvere. Secundo, quoniam debita antecessoris in regno, regu lariter contracta sunt in bonis regni, ad illius con gram administrationem, atque ad lubuendum necessitatibus regni occurrentibus: in quo euenit, successor in regno teneat ea debita solvere: quod non ita euenit in debitis antecessorum in alijs maio ratibus. Tertio, quoniam, si qua alia superessent debi ta antecessoris in regno, que ex duobus capitibus explicatis successor in regno non teneatur solvere de rigore iustitie, cerere teneatur ea solvere ex decetia, & munificencia Regis: que plus in Rege splen dere debent, praeteritum ad debita antecessoris sol uenda, qui sibi sanguine valde coniunctus esse solet, quam in alijs maioratu successoribus: & post Regem, plus splendere debent in opulentissimorum maioratum successoribus, quam in alijs, qui non in adeo opulentis maioratibus succedunt. Propter tria itaque capita explicata simul sumpta, dictum est ab solute l. 4. teneri successorum in regno solvere debita sui predecessoris: neq; semper, & quoad om nia in ea lege commemorata, ad que absolute teneri affirmat, intelligit teneri ex iustitia, sed interdum, & quoad aliqua, ex sola honestate & decencia: com memorat enim, etiam teneri facere elemosynam, & orare pro anima predecessoris delincti, & quadam alia, ad que constat solum teneri ex decetia & honestate morali: atque id plane significant verba illa in principio legis, tenendo es por decetio y por bono essancia, hoc est, ex bono & aequo, honestate & mo rali. Reijcienda est ergo sententia Emmanuelis Acofta in q. de passu & nepote par. 3. num. 9. arbi trantis, successorum in regno, iudicio de iustitia tene ri vnuerim solvere debita sui predecessoris, cu tamen alij successorum in alijs maioratibus solvere non teneantur debita suorum in eis antecessorum, quod Rex succedat in regno suo antecessori heredi tario

ditario iure; reliqui vero iure sanguinis: cuius con trarium perspicue nos ostendimus disp. 626. Quidam, quos Molina vbi supra num. 22. refert, arbitrat sunt, successorum in maioratu, solvere de bere debita predecessoris, si contracta sint pro ne cessaria sustentatione persona predecessoris, aut si parua sint, aut ad exonerationem animae antecesso ris attineant; vel si contracta sint ad funus antecesso ris. Merito vero Molina contrarium, etiam in his euentibus affirmat. Quoniam bona maioratus, ex precepto institutoris libera omnino eo ipso manent successoribus, quod antecessor e vita discedit: ne que est cur successor ad ea debita obstrictus ex bonis maioratus maneat. In Lusitania vero lib. 4. ord. tit. 3. §. 1. & 2. fanci tum est, vt si antecessor in maioratu, instituto si ue de bonis regie coronae, siue de bonis patrimo nialibus, mortuus fuerit, relicti debitis, que de alijs bonis liberis ipsius solui non possint, & debita con tra facta sint ex obsequijs regno, aut Regi factis, aut in sustentandis ac educandis filijs, aut debeatur famu lis ob eorum obsequia, vel debeantur ex contractu matrimonij, tunc successor in eo maioratu ex reditu bus maioratus teneatur intra quatuor annos solue re solum estimationem reddituum duorum annoru, a puncto mortis predecessoris, solvendo singulis ex illis quatuor annis dimidium reddituum vnuscu iusque illorum duorum priorum annorum, quantum inde satis sit, vt debita integre soluantur. Quod si reditus eorum duorum annorum satis non sint ad ea debita solvenda, tunc diuidantur inter credito res pro rata quantitates, que cuique debeant, & quod detur, maneat insolutum, illudque creditores amittant.

DISPV. 642.

Augmentum factum in rebus maioratus, quotuplex. Et num augmentum quasi naturaliter & casu tempore vnus rebus maioratus obueniens, ad successores pertineat.

SVMMA R I P M.

- 1 Augmentum rebus maioratus quotuplex.
2 Augmentum siue latens siue patens, alluione adue niens patens, que iure pleno sunt maioratus, ad suc cessores in maioratu spectat. Excipit in Lusitania augmentum patens, quod ius regale est.
3 Ad maioratu quando solum pertinet proprietat, aut solum pertinet dominium vtile alicuius predij, quo usque incrementum latens, aut patens pertineat, aut non pertineat ad maioratum, transe atque proinde, aut non transeat ad successores.
4 Idem de incremento latens, aut patenti, est dicendo quando industria ac sumptibus fuit etiam factum, aut quando sumptus, aut pars eorum, solui debeat ad successoribus, aut de bonis maioratus.
5 Maioratu si accrescat vnus fructus, aut dominium vtile, que ad alium attinebat, quia finita sunt, ex consolidata cum proprietate, sine vilo sumptu antecessoris, omnino pertinet ad successores in maioratu, nihilque ea de causa solvere tenentur.

Dicendum deinde est, num augmentum rebus maioratus obueniens, naturam rerum maioratus sortitur, an non, ac proinde vt rum ad successores in eo maiora tu pertineat, vel non. Potest vero aliquid rebus maioratus accrescere, vel quasi naturaliter & casu, vt sunt ea, que alluione, aut simili modo rebus maio

ratu accrescunt, de quibus disputat. 57. dictum est, vel industria possessoris maioratus, sub quo aug mento, etiam illud intelligi, quod in rebus maiora tus, aut citra illas, possessoris maioratus donatione, aut alio titulo concessum est, aut etiam prescriptio ne comparauit. Porro augmentum huius postero ris generis, duplex esse potest. Quoddam, quod con sistere potest separatim a rebus maioratus; quod extrinsecum augmentum quidam vocant: & aliud quod omnino cedit rebus ipsis maioratus, nec pro inde consistere potest separatim ab illis; quod ali qui intrinsecum rebus maioratus appellant. De primo autem genere augmenti, ex his tribus explica tis, dicemus paucis hac dispositione: de alijs vero duobus dicemus duabus sequentibus disputationi bus, vt sermo sit dilucidior, nec disputationes ta dium longitudine pariant. Disp. 57. citata dictum, ostensumq; est, incremen tum alluione accrescens, esse duplex: quoddam la tens, & aliud patens, & quid vnum quodque eorum sit. Ibidem ostensum etiam est, vt rumque augmentu accrescere predo, cui aduenit, pertinere que proinde ad eum, cuius id preadium est pleno iure, hoc est, quoad dominium vtile & directum: neque ea de re esse vllam controuersiam: quare cum possessor ma ioratus dominus esse solet, praediorum maioratus, tam quoad directum, quam quoad vtile dominiu, consequens est, vt ad ipsum vt rumque augmentum pertineat: & cum pertineat ratione ipsiusmet praedij, cuius est dominus, tanquam pars & augmentu eius praedij, consequens etiam est, vt eum predo ip so consolidetur, naturamq; illius, raquam eius pars, ad illud ve spectis, fortitur, ac proinde vt, sicut praedium ipsum ad vinculum maioratus attineat; ita quoque incrementum illud ad maioratus vinculum pertineat, atque adeo vt spectet similiter ad succe ssores in maioratu. Ita Molina lib. 1. de primog. c. 26. num. 17. In Lusitania autem, quando incremen tum patens, ius regale sit, ac proinde ad coronam re giam spectet, & non ad possessores maioratus, ne que ad possessores praediorum, que vinculo maioratus alligata non sunt, disputatio. 57. citata dictum est.

Disput. 57. citata, & disput. 462. diximus, incre mentum, tam latens, quam patens, finito vtilitatu, feudo, aut emphyteuti, attinere pleno iure ad vtilitatu, vafallo, aut emphyteuta. Itemque dum vtilitatu persequatur, incrementum patens perti nere pleno iure ad proprietarium: latens vero, spe ctare, quoad proprietate, incrementum patens perti nere pleno iure ad proprietarium: latens vero, & quoad vtilitatu, ad vtilitatu. Dum autem persequatur emphyteutis, dictum est, tam incremen tum latens, quam patens, pertinere ad proprietariu quoad proprietatem: & quoad vtilitatu ad vtilitatu. Denique, quoad ad feudum attinet, diximus, de iure communi feudorum, vt rumque incre mentum pertinere pleno iure ad proprietarium: & neque quoad vtile dominium ac vtilitatu spectare ad feudatarium, etiam dum feudum persequatur. De iure vero huius regni l. 30. tit. 28. par. 3. fanci tum est, vt dum feudum persequatur, patens incre mentum pleno iure pertineat ad proprietarium: la tens vero, quoad vtile solum dominium, spectet ad vtilitatu. Molina vero nu. 17. citato, vtrioré sententiam arbitrat, vt, quod de emphyteuti dictum est, locum similiter habeat in feudo. Quam us autem ea sententia in se, lecta saque iuris dispositio ne, a qua sit, suppositis tamen feudorum iuribus, & lege Castellae citata, saltem eam arbitror, tam extra hoc Castellae regnum, quam in hoc regno. Le ge, que disputationibus citatis dicta a nobis sunt. Ex his intelligitur, quado possessor maioratus pro prieta



prietatis est rei, cuius alius habet usufructum, aut dominium vile emphyteuticum, aut feudale, quo usque incrementum latens, aut patens, eius rei, ad ipsum spectet. Itemque, quando ipse maioratus possessor, est emphyteuta, aut feudatarius, alteri quod bonum alicuius maioratus, quando ad ipsum spectet. Illud admonerim, quae dicta sunt de incrementis, de quo in hac disputatione nobis est sermo, locum similiter habere, etiam, appolita aliqua industria possessoris maioratus, factique aliquibus sumptibus, in studio diuertendo, obstaculoque ei obijciendo, ut recedat, neque paulatim destruat praedium maioratus, sed potius ab eo recedendo, illud auget, et incrementum, siue latens, siue patens, in medio, fluminis relicto, proneniat. Etenim id incrementum, esto ea industria, & sumptibus, adiunetur, ut fiat ac resurget, ex gentium tamen iure, atque ex iuris civilis dispositione, ad ipsam rei naturam accomodat. cedit praedio praesententi, tanquam pars, quod incrementum illius, eandem naturam & qualitatem cum illo habens, vnumque cum illo efficiens, neque aliud ea industria, & sumptibus sit, quam ut id, quod antea erat, & cum eo praedio subitus aquas continuabatur, appareat, aptumque cultura, & fructibus ferendis, reddatur, terra aliqua interdum alluione ei aucta. Poterit quidem aliquando, qui ea industriam apponit, eosque sumptus fecit, estimationem eorum sumptuum petere, aut partis eorum, ut de incremento industria possessoris maioratus in eo facto dicemus: incrementum tamen illud vel pars est praesentis & latens praedij maioratus, eandem qualitatem & naturam cum illo eo ipso habens, quod apparet & accrescit, ac proinde computari debet cum incremento, de quo haec disputatione nobis est sermo: non vero cum ipsius incrementis, de quibus duabus sequentibus disputationibus nobis futurus est sermo.

Si cum proprietate rei maioratus, consolidetur usufructus, qui ad alium spectabat, aut dominium vile emphyteuticum, aut feudatarium, vel morte eorum, vel quia alia ratione finitum fuit tempus, pro quo usus fructus, emphyteutis, aut feudum, fuerant concessa, vel quod emphyteuta, aut feudatarius, in eum missum incidit: tunc, quia talis usufructus, aut dominium vile, absque illo facto, aut industria possessoris maioratus, ex causa praecedente proprietatis vinculo maioratus alligata, aduenit, consolidatur, vnumque efficitur cum illa, completens integritatem dominii eiusdem rei, fortitur plane qualitatem proprietatis, cui ita aduenit, & accrescit, ac proinde manet vinculo maioratus alligatum, pertinetque ad successores in maioratu, non secus atque, quod alluione rebus maioratus absque vlla industria accrescit, atque ad eum nihil, ratione illius, debent successores in maioratu, aut bona ipsa maioratus, antecessori, cuius tempore id cum proprietate consolidatum est. Ita Molina vbi supra nume. 18. cum alijs, quos refert, qui recte subiungit, idem dicendum esse quoad incrementum valoris, in quod temporis progressu habent bona ipsa maioratus in se, fructusque, ac redditus maioratus. Consequenter, quoad incrementum, quod tempore non habent, non debent successores in maioratu, aut bona ipsa maioratus, antecessori, cuius tempore id cum proprietate consolidatum est. Ita Molina vbi supra nume. 18. cum alijs, quos refert, qui recte subiungit, idem dicendum esse quoad incrementum valoris, in quod temporis progressu habent bona ipsa maioratus in se, fructusque, ac redditus maioratus. Consequenter, quoad incrementum, quod tempore non habent, non debent successores in maioratu, aut bona ipsa maioratus, antecessori, cuius tempore id cum proprietate consolidatum est.

D I S P U T. 643.  
Augmentum per se potens consistere, seu extrinsecum, quod rebus maioratus, possessoris industria, aduenit, an ad maioratum, successoresque perinde in illo, pertinet.

S V M M A R I V M.  
1. Maioratus rebus quod augmentum, adueniens per se potens subsistere dicitur. Illud ad maioratum non pertinet, nisi fuerit ei incorporatum ac factum maioratus, quod non praesentitur, ac proinde non pertinet ad successores in maioratu, sed est bonum liberum.  
2. Maioratus possessor si aliquid praescribit, ut ad maioratum pertinet, maioratum cedit: secus si illud praescribat non ut ad maioratum pertinet.  
3. Retrabat, si possessor maioratus rem aliquam propter communionem illius cum re maioratus, non pertinet ad maioratum, sed est libera, nisi maioratus in re incorporatur.  
4. Res quae tandem consolidanda est cum bono maioratus, si antea acquirat eam sibi, & non maioratus, possessor illius, sine oneroso, siue lucrativo titulo, quousque libera, & non maioratus, maneat.

Exempla sunt, quae dispart. 463. §. illud verum, & disputatione de melioramentis in rebus emphyteuticis factis, adhibuimus. Vbi possessor maioratus titulo oneroso, aut lucrativo, fundum comparat, fundumque maioratus coniunctum, eique vile, & ex utroque vnum efficit: cuiusmodi enim incrementum in usufructu possessionis maioratus est comparatum in censu in principio disputationis praecedentis explicato, potestque per se consistere distinctum a re, quod iuncto maioratus, ut antea erat. Item, si habens oppidum, siue iurisdictionem, aut sine quadam parte illius, vel sine ijs redditibus, quos, Alcaualas, vocamus, iurisdictionem, aut Alcaualas, comparat titulo oneroso emptionis, aut permutationis, vel lucrativo principio donatione: tale quippe dominium iurisdictionis, aut Alcaualas, eius oppidi, potest per se consistere subiecto separatim a reliquo dominio eiusdem oppidi, ut antea erat. Simili modo, si habens Marchionatum, aut Comitatum, vel Ducatum, comparat alia oppida oneroso titulo, vel lucrativo, tale incrementum consistere potest per se separatim ab alijs oppidis ac bonis eius Marchionatus, Comitatus, aut Ducatus. Vanaque alia adhiberi poterunt similia exempla.

Hoc ita explanato, dicendum est. Eiusmodi incrementa non fortiri rationem maioratus, neque proinde pertinere ad successorem in eo maioratu, sed manere bona libera, diuidenda inter haeredes eius, qui illa comparauit, non secus atque alia eiusdem possessoris maioratus bona libera, potestque potestore maioratus perinde de eis disponere, atque de alijs suis bonis liberis. Excepit, nisi ex facultate principis, aut alias valide ab eo, qui ea comparauit, vnta atque incorporata essent maioratus, quod non praesentitur, nisi constet: tunc enim evidens est fortiri vinculum ac qualitatem ceterorum bonorum maioratus, ac proinde de iuri cum illis ad successores in eo maioratu. Vt utraque affirmat Molina, cum communi sententia, quam refert, lib. 1. de primog. cap. 18. an. 2. solumque primum probatione indiget. Ex eo vero satis facile liquet: quoniam eiusmodi bona sua peculiararem ac separatam habent conditionem, indigentque

gentique separata possessionis apprehensione, ac praescriptione, ut haec omnia expressè habetur l. qui fundum. §. 1. ff. pro emptore. Id etiam totum, quod probare intendimus, aperte confirmat ac docet cap. 1. §. 2. contrario, de re iudicata facta, cuius verba sunt. Si quid feudo a vobis additum sit, si quidem tale adiectionem sit, quod per se subsistere possit, id est, ut per se consistat, ut praedium, id non accrescit feudo. Si vero per se non possit subsistere, ut seruitus (in feudali praedio acquirita: quae prohibet coherere tali feudali praedio, tanquam ipsi debita, & non domino cui solium ratione praedij debetur) plerisque placet, feudo accrescere: & sicut partem feudi disponendam (id est, ceterandam) esse. Eandem doctrinam docent in feudo, & emphyteuti, Iulius Clarus 4. lib. Sententiarum. §. feudum, q. 88. Aluarosus, Carolus Molinaeus, & alij, quos Iulius Clarus & Molina vbi supra, referunt. Habet verò haec doctrina verum, non solum si quod aduenit rebus maioratus, sit res per se diuisibilis, ut nouum praedium, aut nouum oppidum, sed etiam si sit accessorio rei maioratus, dummodo, in sensu explicato, possit per se subsistere, ut sunt iurisdictionis, aut pars iurisdictionis oppidi maioratus, vel Alcauale illius, quae de nouo comparatur, aut aliud simile, ut Iulius Clarus, & Molina vbi supra, Greg. Lopez l. 2. tit. 1. §. 2. verb. sino el hijo mayor in fine colum. 4. & communi sententia, quam referunt rectè affirmant. Neque refert (subiungit ibidè Molina cum Carolo Molinaeo) quod dicitur, adiaceria scilicet & accessoria, sequi naturam principalis, argumentum, si quando. C. de bonis vacantibus, & similibus iurium: quoniam iniquum, intelligenda sunt, quando accessoria expressè adiecta fuerint eumque titulum principalis rei, aut quando ipsi ipsa adiacentia re addidit de ipsa re disponit, agitque de interpretatione eius dispositionis, & non aliter. Iuxta haec doctrinam ait Molina ibidem, se vidisse pronuntia tum, bombardas, & alia suphura instrumenta, quae maioratus possessor in castro apposerat maioratus, bona libera esse, diuidenda inter haeredes possessoris illius maioratus, neque spectanda vinculo maioratus: quoniam inuenit non fuit, cum possessorem illa vinculo esse maioratum. Illud est.

2. Si possessor maioratus rem praescribat, tanquam maioratus, tunc res illa maioratum accrescit, & non pertinet ad haeredes talis possessoris, sed transit ad successores in eo maioratu: etiam id incrementum maioratus, quatenus maioratus est, titulo praescriptionis: non tunc atque, quod praedij maioratus alluione accrescit, incrementum est maioratus, quatenus maioratus est. Si vero illam praescribat, non tanquam rem maioratus, tunc manet bonum liberum, & pertinet ad haeredes possessoris maioratus. Ita communis doctorum sententia, quam Molina, vbi supra nu. 7. refert ac sequitur, & cosentit Greg. Lopez l. 2. tit. 1. §. 2. verb. sino el hijo mayor, in calce colum. 4. & colum. 5. relique est satis perspicua, didicimque est in calce, disp. 69.

Quaestio. Dubium est, utrum, si possessor maioratus iuxta ea, quae dispart. 371. & 372. dicta sunt, retraxit, eo quod incrementum esset cum re maioratus, aut retraxit ius emphyteuticum, pro eodem pretio, quo emphyteuta illud vendebat, aut vendidit, eo quod proprietatem ad maioratum attinebat, an res, vel ius emphyteuticum illa retracta, pertinet ad maioratum, transgunt, proinde ad successorem in illo, vel non, sed si bona libera, ad haeredes possessoris maioratus attinentia, si maioratus possessor, dum viueret, illa non incorporauit in maioratu.

Primum argumentum. Quod est primum bona maioratus, suadere videtur. In primis, quod titulo maioratus comparata, retracta, sunt: neque enim possessor maioratus potuit illa retrahere, nisi titulo bonorum maioratus:

quare illa videtur comparasse maioratus, affectisque qualitate bonorum maioratus.

Deinde verò, quoniam acquisitio illa prouenit ex causa trahente originem ab ipso maioratus institutore, qui rem in emphyteuta tradidit, eamve communem cum alia acquisitum, ac proinde ea acquisitio censenda est, ac si esset facta in vita institutoris maioratus: bonorum quippe augmentum post mortem testatoris adueniens, iudicatur, ac si vivo testatore obtinisset, quando pendet ex causa trahente originem à vita testatoris, iuxta l. in ratione r. §. imperator, & sequenti, & apertius l. ferui, qui apud hostes, ff. ad leg. falcid. quare cum, si acquisitio illa facta fuisset tempore institutoris maioratus, atque ab ipso institutore maioratus, bona illa ad maioratum attinuerent, idem prorsus est dicendum, esto acquiratur eo modo à successore in maioratu.

Dicendum tamen est, cum Molina cap. 26. citato nu. 8. non attinere ad bona maioratus, fed attinere ad bona ipsius maioratus possessoris libera. Etenim, quod ita acquiratur à maioratus possessore, consistit per se potest separatum à bonis maioratus, vt erat antea quam ab eodem maioratus possessore comparatur, comparatumque est factum, & pecunia ipsius possessoris maioratus, & non de bonis maioratus: quod autem ita acquiratur, non pertinet ad maioratum, sed res libera est, vt ex verbis relictis ex §. 2. contrario, de iure iudic. de re aliena facta, liquet. Quando tamen res esset retracta ex pecunia, quam maioratus institutor reliquerat, vt bona immobilia emerentur, quae incorporarentur maioratu, aut ea lege res retraheretur, vt incorporaretur maioratu, vel, postquam esset retracta, legitime maioratu incorporaretur, tunc dubium non esset, attinere ad vinculum maioratus.

Ad primum verò argumentum in contrarium dicendum est: quoniam ex eo bona illa sunt comparata, quod, qui ea retraxit, dominus esset bonorum maioratus, cum quibus illa in communionem quandam habebant: non tamen vi solum eorum bonorum ea comparasse, sed beneficium legis retractam concedentis in eo euentu, factoque ius proprio, & sua propria pecunia, neque illa maioratu comparasse, sed sibi, tamen, quia dominus tunc esset, bonorum maioratus, cum quibus eam communionem habebant: quare, ius sibi tunc ad retractum competens, fuit quasi fructus & emolumentum ex maioratu perceptum, quod utique ad ipsum, & non ad maioratum, spectat, perinde atque alij fructus & emolumenta ex eodem maioratu ab ipso percepta.

Ad secundum dicendum est, necessarium non esse, causam illam traxisse originem ab institutore maioratus: ante maioratus enim institutore potuit id trahere originem. Eito enim admittatur, traxisse originem à maioratus institutore, dicendum tamen est, eam non fuisse causam totam retractum & acquisitionis illius, sed solum fuisse partem causae & conditionem sine qua non esset locus retractu & acquisitioni illi: simul autem cum ea causa, aut conditione sine qua non, causis retractus & acquisitionis illius fuisse, tum legem retractum concedentem, tum etià factum proprium, pecuniamque propriam possidentis maioratus, quibus res illas sibi, & non maioratus, retraxit, vt dictum, ex planatamque est: vnde negandum est, acquisitionem illam perinde censendam esse, ac si facta esset in vita institutoris, & ab ipso institutore, vt id ad maioratum attineret. Ad id verò, quod subiungitur, augmentum scilicet bonorum testatoris, factum post mortem illius, censeri, ac si factum fuisset in vita illius, quando pendens fuit ex causa trahente originem à vita testatoris, dicendum est, id verum esse quando causam illam praecise consequitur, aut praecipue non verò, quando solum occasio,

Secundum.  
Deciso.  
Ad secundum.



caio, & minus præcipua causa, præcessit in testato-  
ris vita. Si enim quis, postquam hæreditate sibi ob-  
ueniente, acquiritur proprietatem, aut partem fundi  
pro inuiso, que libera omnino fuit, sua pecunia  
retrahat dominium vile aut aliam partem, quam a-  
lius vendat, satis perspicuum est, id non cedere bonis  
de iure, sed suis proprijs, quamvis, quod obtine-  
re sit proprietate, aut partem fundi pro inuiso  
ratione cuius habuit ius retractus, originem duxerit  
à defuncto eo modo, de quo nunc disputamus.

Illud rectè ad monet Molina ubi supra, postquã  
res à maioratus possessore efficit retracta sua pecu-  
nia, non teneri eum, vel hæredes illius, tradere illã  
vt vniatur maioratu, etiam si successores in maioratu  
offerat pecuniam, qua retracta fuit, vel maiorem rei  
illius estimationem: quoniam, postquam ritè ad ip-  
sius dominium libera eo retracta seuenit, non tenet  
illam alienare, etiam vt maioratu vniatur.

Si tamè id esset emphyteus, & quòd finiret tem-  
pus contractus, vel quòd emphyteuta incidere in  
commisum, consolidaretur cum proprietate, tunc  
ipso iure vniatur bonis maioratus, ad maioratumque  
deinceps pertinere, tanquam bonum illius. De  
vniaturo, qui in re, aut in rebus aliquibus maioratus,  
ad aliquem actinebat, dicendum est. Si à possessore  
maioratus redimatur, antequam morte illum  
possidentem finiret, aut antequam finiret aliud  
tempus, pro quo erat concessus, tunc toto tempore,  
quo apud illum alium erat perseveraturus, pertine-  
re liberum ad possessorum maioratus, aut ad hære-  
des illius, nisi ab eo, quo esset redemptus, incorporat  
esset maioratu. Ratio est, quoniam receptus  
potest per se consistere, quin vniatur proprietati ma-  
ioratus, vt erat, antequam redimeretur, in persona  
eius, qui illum tunc possidebat, ac proinde toto eo  
tempore censetur liberum, minime que ad maioratu  
pertinere, nisi à redemptore vniatur maioratu.

Mortuo autem eo, qui illum antea possidebat, aut  
finito quouis alio tempore, pro quo illi possidebat,  
cum tunc ipso iure, sine illo factò possessionis ma-  
ioratus, aut cuiusvis alterius, esset regressus ad pro-  
prietatem maioratus, & cũ ea consolidandus, vt de-  
inceps ad maioratum pertinere, vtique ab eo pucto  
regreditur ad proprietatem, spectatque ad maioratu,  
& ad successores in illo. Idem dicendum est, si  
is, ad quem pertinebat in usufructus, antequã finia-  
tur, renunciet illum in fauorem possessoris ma-  
ioratus: toto enim tempore, quo apud ipsum perseuera-  
re debebat pertinere liberum ad possessorem ma-  
ioratus, & ad hæredes illius: lecus autem, si illi renun-  
ciafset in fauorem ipsius maioratus, vt continuo con-  
solidaretur cum proprietate: à puncto enim renun-  
ciationis, pertinere ad maioratum, & ad successores  
in illo, tanquam bonum maioratus, vt est notifi-  
simum. Hæc Molina ubi supra nu. 9.

Idem, propter eandem rationem, ex eisdemque  
fundamentis, est dicendum, si census annuus erat col-  
locatus in rebus maioratus, qui alicui & successori-  
bus illius, soluere, aut aliquid aliud erat inde solu-  
endum. Si enim omnis illud redimatur à possessore  
maioratus, aut et ab illo, cui debebatur, condonetur,  
neque intelligatur condonari maioratu ipsi, vt ma-  
ioratus deinceps liber maneat ab eo onere, aut redimi,  
vt similiter maioratus maneat liber, sed condona-  
ri possessori, aut sibi ab eo redimi, quod præsumit  
ac censetur, nisi contrariũ constet; tunc is cõsus,  
aut onus, debetur ex maioratu à successoribus deinceps  
in illo, illi, cui fuit condonatum, aut à quo fuit  
redemptum, ipse, si successores potest; ipse de illo  
perinde disponere, atque de alijs suis bonis, &  
idem possit successores ipsius in eo censu, aut onere  
post ipsum. Ita Molina ubi supra nu. 10. resq;  
et, & ex iactis fundamentis, est satis perspicua.

**D I S P U T . 6 4 4**

**Vtrum augmentum intrinsicum, seu ita  
industria possessoris accedens rebus  
maioratus, vt non possit per se consilite-  
re, pertineat ad maioratum, & succes-  
soresequè in illo.**

**S. P. M. M. A. R. T. V. M.**

**1. Augmentum in rebus maioratus non potens per se  
subsistere, maioratu cedit. Et quando estimatio à  
successoribus sit solvenda, ac quo modo.**

**2. Maioratus possessor si melioramenta ac sumptus  
in bonis maioratus efficit, de quibus legè 46. Tauri  
est sermo, quid censendum, siue expenditur, & num  
quid aucta lex sit.**

**3. Exempla sunt, vt si adificium in solo ma-  
ioratus fiat, aut plantetur vinea, oliuetum, po-  
lletum, matium, aut aliud simile, vel si feruus ali-  
qua prædio maioratus acquiratur, aut simi-  
liam rebus maioratus fiant, quæ per se, retinentia  
eandem rationem, non possint consistere.**

Atque in primis dicendum est, hæc omnialo ipso  
quod facta sunt, aut aduenire, cedere maioratu, ac  
proinde pertinere quoad dominium ad successores  
in maioratu. Vtrum autem aliquid ratione eorum,  
solui debeat maioratu, dominiumque eorum, vna cum  
rebus ipsis maioratus, pertineat ad successores in  
eo maioratu, probat cap. 1. §. e contrario, vers. si ve-  
rò, de inuelt. de re alien. facta cap. primo, §. si vasal-  
lus, in tit. hic finitur lex, & affirmat communis do-  
ctorum sententia, quam Molina lib. 1. de primogen.  
cap. 26. nu. 1. refert ac sequitur, & nos latius retuli-  
mus, sequenti; sumus disput. 462. & 463. conclu. 2.  
agentes de simili incremento, seu melioratione in re  
emphyteutica facta: cuiusmodi quippe incrementa,  
cum per se consistere non possint retinendo eandẽ  
naturam, cedunt rei, cui adherent atque adueniunt.

Quod verò ad id attinet, num soluendum aliquid  
sit ratione eorum possessorum maioratus, qui tunc erant,  
& cuius industria aduenierunt, hæredibus ve il-  
lius, dicendum est. Si id feruus sit realis, prædio ma-  
ioratus acquisita, siue titulo oneroso emptiois, aut  
alio simili, que lucratio, vt donationis, comparata  
sit, nec donata, aut legata sit maioratu, sed possessore  
ri illius, neque possessor maioratus eã, siue lucratio,  
siue oneroso titulo cõparata, applicari ea dona-  
uerit maioratu, deberi tali possessori illius estimatio-  
nem illius, quantum estimabitur tempore, quo ad se-  
quentem successorem transibit, neque teneri deduce-  
re de estimatio illa, si quos veluti fructus, seu e-  
molumenta, ex illa percepit. Si verò gratis data ab  
aliquo tertio maioratu fuit, vt esset ipsi summe ma-  
ioratus, aut à possessore maioratus, quocumque titulo  
cõparata, applicata fuit maioratu, vt esset ipsius ma-  
ioratus, tunc nihil illi, aut hæredibus illius, ratione il-  
lius deberi. Vtrique affirmat cõs doctõri senten-  
tia, quam Molina ubi supra nu. 11. 12. 13. & 14. refert  
ac sequitur, & satis vtrunque patet ex dictis à nobis  
disput. 462. & 463. citatis. Atque hoc secundũ satis ex-  
te est perspicuum. Idem etiam dicendum est, si ti-  
tulo præscriptiois sit comparata: cum enim compa-  
retur, vt debita prædio maioratus, vtique tanquam  
bonum maioratus, eo præscriptiois titulo compa-

**ratione.** Primum verò probatum à nobis est, tametiã  
agendo de emphyteuti, in calce disp. 462. & disp. 463.  
concl. 2. & in calce eius disputationis, ubi dixi-  
mus, eum, qui dominium, saltem vile, retinet, in  
quo melioramenta fecit, non teneri deducere de va-  
lore melioramentorum, fructus, quos ex ea re perce-  
pisset quòd titulo dominij, salte utilis, eius rei, suos  
illos fecit, interim dũ res illa sua perseueravit. Item  
quod soluendum tunc esse valorem melioramentorũ,  
quantum estimabuntur tempore, quoad alium tran-  
sierint, siue id multum sit, siue parum: id quod præ-  
cipuè habet locum in possessore maioratus, qui utile  
ac directum dominium eorum bonorum habuit, est  
que melioramentis, tanquam eorum etiam domi-  
nium, fructus est toto tempore, quo maioratus apud  
ipsum perseueravit. Hæc, que de solutione estimati-  
onis talis feruitus possessori maioratus, aut he-  
redibus illius, faciendã, dicta sunt, intelligi debent,  
stando in iure communi, vni que habent in Lusitania.  
Vtrum autem contrarium sit dicendum in hoc  
Castelle regio propter legem 46. Tauri, statim ex-  
plicabitur.

Vnde autem solui debeat hæc estimatio, vtrum  
scilicet de bonis proprijs successoris in maioratu,  
vel de bonis ipsius maioratus, an verò de rebus  
maioratus. Dicendum arbitror, iuxta ea que disput.  
64. copiosè dicta sunt, cogendum non esse succes-  
sorem in maioratu soluere totam eam estimatiõem  
de suis proprijs bonis, aut de rebus maioratus,  
qui ad ipsum spectant. Cum enim seruitus illa, com-  
modatque ex illa percipiendã, ad successores in  
maioratu, post ipsum ex præscripto institutoris fu-  
turos, similiter pertineat, auctas non patitur, vt ipse  
solus de suis bonis, de rebus maioratus ad  
ipsum artentibus, eam totam estimatiõem per-  
soluat. Neque item recta ratio docet, ut ipse simili-  
ter, aut hæredes ipsius, à successore in eo maioratu  
eandem estimatiõem petant & accipiant, atque ita  
res procedat in infinitũ, semper anteriore posses-  
sore eam integram petendo, & accipiendo à successore:  
præsertim cum illa fieret, vt nunquam antecessores  
quocumque ob illam perceptam soluere, sed sem-  
per integram onus renjcerent in successores. Iuxta  
ea ergo, que disput. 64. citata dicta sunt vel consi-  
tuendus esset annuus census in re maioratus perxi-  
guis, cuius capitale aquaret, aut fere aquaret, eam  
estimatiõem, vel id loco commoditatis, quam ex ea  
deruitur percipiunt, singuli quotannis soluere hæ-  
redibus possessoris, cui ea estimatio debebatur: vel  
aliquid modicum separandum esset de vinculo ma-  
ioratus pro ea feruitute, si illa commodior multo ef-  
set maioratu, quã illud modicum, quod separa-  
retur, & alienaretur ad soluendam eam estimatiõ-  
nem: vel, si neutrum successores in maioratu ve-  
lint, permittere debent, vt dominus prædij, quod  
eam feruitutem debet alteri prædio maioratus, il-  
lam redimat soluendo pretium illius, possessori illi,  
cui ea estimatio debetur; aut certe possessor ille, he-  
redes ve illius, faciant de illa, quod voluerint, iuxta  
c. 1. §. si vasallus in tit. hic finitur lex, qui sic habet.  
*Si vasallus in fundo aliquo edificij fecerit, vel ipsam  
sua pecunia meliorauerit, & contigerit postea, vt vasal-  
lus sine titulo mafculo decedat, dominus aut patiatu ad  
fidei ius auferri, aut soluat pretium meliorationis. Idem  
dicendum si pretio feruitutem fundo acquirat.* Hæc ibi.

Que de feruitute dicta sunt, quando non condona-  
tur maioratu à tertio aliquo, aut à possessore ma-  
ioratus, vt sit deinceps maioratus, & pertineat gra-  
tis ad successores in maioratu, similiter dicenda sunt,  
stando in iure communi, quæ ad eò in Lusitania, de  
adificijs, & alijs similibus incrementis, seu meliora-  
mentis, factis industria possessoris, quæ non possunt  
per se consistere, nec condonari maioratu fuit, nem-

pe, esse soluenda tali possessori, aut hæredibus illius,  
quantum estimabuntur tempore, quo ad sequentem  
in maioratu transierint, nõ deducendo inde fructus,  
quos talis possessor eis melioramentis, aut eis ma-  
ioratu percepit, iuxta ea que paulò ante de feruitu-  
te dicta sunt, & copiosius sunt comprobata dispu-  
tatione 463. citata, atque affirmat Molina, ubi supra nu.  
14. cum alijs, quos refert. Soluenda verò esse nõ de  
bonis proprijs successoris in maioratu, neque de fru-  
ctibus maioratus, qui ad eum attinerint, sed eo mo-  
do, quo circa feruitutem explicationem est, idque præ-  
cipuè ea, quæ circa feruitutem dicta sunt. Atque in  
hoc differt successor in maioratu, à fideicommissario,  
& à proprietario, cum quo consolidatur emphy-  
teus, quando finitur sine culpa emphyteuta, & ad  
alios similibus. Cum enim libere recipiant fidei-  
commissum, aut dominium vile, minime ve alligat-  
tury ad alios deriuentur, teneantur ipsi de suis bonis  
soluere melioramenta in fideicommissis, aut in præ-  
dio emphyteutico facta ab antecessore possessoris,  
eo quòd in ipsorum commodum cedunt, atque agen-  
do simul eorum, & suum negotium, facta sunt, iuxta  
ea que disput. 463. dicta sunt, & que de fideicom-  
missis habentur. Id omnis, ff. de leg. 1. conuenit etiam  
§. certe, in ff. de rer. diuis. l. si quis fidei, & l. in area,  
C. de rei vend. & affirmat comunis doctorum sen-  
tentia, quam Molina c. 26. citatõ, nu. 14. refert ac se-  
quitur: successor verò in maioratu, qui accipit bonum  
minimè libera, sed subiecta restitutioni vterius  
ad ea vocatis ex præscripto institutoris, non teneatur  
de suis bonis soluere ea melioramenta, vt circa em-  
phyteutim paulò ante dictum est: sed eo duntaxat  
modo sunt soluenda, aut permittenda auferri, quo-  
modo sunt soluenda, aut permittenda auferri, quo-  
circum feruitutem est explicatum.

In hoc autem regno lata his de rebus est lex 46.  
Tauri, quæ est l. 6. ti. 7. li. 5. nouè collect. & sic habet.  
*Todas las fortalezas, que de aqui adelante se hizieren  
en las ciudades, y villas, y lugares, y heredamientos, de  
mayorazgo, y todas las cosas de las dichas ciudades, vil-  
las, y lugares de mayorazgo, assi las que de aqui adelante  
se hizieren de nuevo como lo que se reparare, o meliorare  
en ellas, o asi mesmo los edificios, que de aqui adelante se  
hizieren en las casas de mayorazgo, labrando, o reparan-  
do, o reedificando en ellas, sean assi de mayorazgo, como lo  
son, o fueren las ciudades, y villas, y lugares, y hereda-  
mientos, y casas, donde se labraren. T mandamos, que en  
todo ello suceda el que fuere llamado a el mayorazgo,  
con los vinculos, y condiciones en el mayorazgo contenidas,  
sin que sea obligado a dar parte alguna de la estima-  
cion, o valor de los dichos edificios, a las mugeres del que  
lo hizo, ni a sus hijos, ni a sus herederos, ni sucesores. Pe-  
ro post esto no es nuestra intencion, de dar licentia, ni fa-  
cultad, para que sin nuestra licencia, de los Reyes, que  
de nos viniere, se puedan hazer, o reparar, las dichas cosas  
fortalezas, mas que sobre esto se guarden las leyes  
de nuestros Reynos, como en ellas se contiene.*

Circa hæc verò legem multa te offerunt dubia.  
Primum est. An iusta sit, & aqua. Multi enim eam  
injustam, ne iniquam, & abrogandam, arbitrantur,  
quatenus possessor maioratus permittit infu-  
mere in eiusmodi rebus partem bonorum superflua-  
torum vxoris, aut vniueriua bona superflua, ita ip-  
sa iniuta: & statuit, nihil ei restitui debere à succes-  
sore in maioratu. Si enim partem etiam dotis il-  
lius aut etiam bonorum paraphernalium, intume-  
ret, tunc vtique, cum illa, hæredesque illius, verè sint  
creditores ad recuperandã ea bona, que omnino  
sunt illis debita, & non, vt bona superflua, totum  
sub conditione, si tempore dissoluti matrimonij  
persint minimè consumpta, vtique illa recuperare  
possunt vxor, hæredesque illius, de incrementis, seu  
melioramentis, factis in bonis maioratus, nihil ea le-  
gè 46. Tauri impediens, vt disput. 64. dictum est: ne



que enim ea lex locum habet comparatione debito- rum, quæ a possessore illo maioratus omnino debet- ur, neque aliunde solui possunt, quam ex maiori il- lo valore maioratus ratione eorum melioramentorum, ut disputatione citata dictum est. Item iniustam illam, & abrogandam arbitrat, quatenus possessori ma- ioratus permittitur, infumere in illis rebus de legitimis alijs filijs in bonis ipsius debitis, & iubet, successores in eo maioratus, nihil de valore eorum melioramen- torum teneri solvere filijs illis. Quod enim attinet ad ascendentes, si is maioratus possessor eos habeat, & careat descendentes, cum non adeo sit illis de- bita portio legitima in bonis ipsius, sicut filijs, non adeo iniqua censetur ea lex. Et multo minus quo ad alios heredes, ac successores illius, qui de numero a- scendentium ac descendendum non sunt. Cum enim integrum sit possessori illi maioratus, eos sumptus non facere, possitq; ipse pro suo arbitratu eiusmodi heredes vitare bonis suis, nulla sane est iniquitas, quod lege statuat, ut ipsi illos sumptus fecerit, cen- sature omnino condonati maioratus, nec successores in illo teneantur eis hereditibus, quicquid ratione illorum solvere. Nos rem hanc dispu. 433, expendi- mus, & quavis, cum Anto. Gom. ad eandem legem, & cum Molina c. 26. citato, nu. 14. (quibus consen- tiunt Aries Pinel. l. 1. C. de bon. mare. p. 2. num. 71. Gut. de pract. qq. lib. 2. q. 81. Burgos de Paz. iunior q. 6. de maioratibus, & alij, quos citant) celsuerimus, damnamus non esse eam legem, quatenus statuit, successores in maioratu non teneri solvere, etiã vxori, & liberis possessoris maioratus, eiusmodi expen- sas; eò qd de iure proprijs bonis, aut de redditibus ma- ioratus, non teneantur, vt ostensum est, & difficile de vinculo maioratus, aut aliunde, solui possint, aut debeant, diximus tamen subueniri debere vxori, & filijs, statuedo, vt possessor maioratus, qui filios ha- beret, non plus posset in eiusmodi rebus expendere, quam quantum suorum bonorum, aut etiam finul tertium, si successor in eo maioratus, esset de numero suorum descendendum, & vt totum assumere debe- ret in suum capitale, & in medietatem bonorum su- perlucrorum, quæ ipsium contingit, vt vxor indem- nis omnino, atque etiam filij, in suis portionibus legi- timis, seruarentur. Quod si descendentes care- rent, statui deberet, vt non plus in eiusmodi rebus pos- set infumere, quam suum capitale, & medietatem lu- crorum, quæ ipsum contingit, eoque omnes sumptus in suam partem sumeret, seruaretq; vxorem indem- nem quoad suu capitale, & quoad suam medietate lucrorum. Atque ad hæc ego in conscientia foro, astringerem possessorē maioratus, nihil. l. 46. Tauri impediēte. Illud tamen est obseruandum, si posses- sor maioratus meliorandis, pro quantitate suorum bonorum, ac redditum maioratus, quamuis id mi- neret bona superlucrata aliqua ex parte, quia non essent tot, ac si illud non esset ita infumptum, quam- vis item minueret similiter legitimis filiorum, tunc vtique non teneretur id accipere in partem suam, et in suam medietatem bonorum superlucrorum; quo- niam id spectat ad sumptus, quos ipsum, pro quanti- tate suorum bonorum, decet, neque limites sumptuum egrediuntur, quos similes sui facere poterunt, ipse- que efficere poterat in hastiludio, aut alia simili re, ad recreationem, & splendorem sui status, & condi- tionis, attingente, ac proinde non egrediuntur limites sumptuum, qui ad ipsum, tanquam ad dominu suorum bonorum, familieque totius administratorem, spectant: tales autem sumptus non teneretur infumere in partem suam, etiam quoad medietatem bonoru superlucrorum. Et fortasse l. 46. Tauri, de eiusmo- di sumptibus in meliorandis bonis maioratus factis solum loquitur: noluitque, vt, quamuis extarent, at-

A tinerent, etiam quoad partem eorum, ad vxorem, aut ad filios, aut vt successores in maioratu, ratione eorum, tenerentur quicquam eis solvere. Hinc facilius dissoluetur hoc secundum dubium circa eandem legem. Querunt aliqui, num, quamuis successores in maioratu non teneantur solvere vxori, aut liberis aliquid de sumptibus a possessore ma- ioratus factis in eiusmodi melioramentis, nihilomi- nus possessor ipse, qui illos fecit, teneatur, compara- tione vxoris, sumere illos in medietate lucrorum, quæ ad ipsum spectat; si vero plus aliquid infumpsit, te- neatur id accipere in partem sui capitalis, relinquen- do vxori, integrum suum capitale, & insuper suam integram medietatem lucrorum; & similiter cõpara- tione filiorum, teneatur id accipere in suum quintu & tertium, ita ut legitima alijs filijs, ex legum præ- scripto omnino debeat, non minuat, Burgos de Paz iunior q. 8. de maioratibus, rem hanc quoad ad vxorem attinet, fusc in vtrâque partem disputat, etæ- que indecisa, cogitandumq; circa illam, relinquit. Gutier. quoque de pract. qq. lib. 2. q. 84. nu. 3. ait, dif- ficilem esse eam questionem, illamque disputare in vtrâque partem Burgos de Paz. in eademque re- linquere. Iuxta proximè dicta, et dicendum. Si sum- ptus non sint, qui excedant, quos pro quantitate bo- norum maioratus, possessor itaque illius, possit ipse maioratus possessor, itaque suorum bonorum, & familie administrator, efficere, eiusmodi possessorē non teneri infumere illos, vel in suam medietatem lu- crorum, vel in suum tertiu & quintu, vt in calce du- bii præcedentis dictum est. Si vero excedant, quoad excessum tantum, teneri illos eo modo assumere, vt mihi, consentaneè ad rectam rationem, per Epiche- iam, legi interpretet, probabiliter dicendum vide- tur. Successores vero in maioratu, neque de suis bo- nis, neque de melioramentis ipsius, aut de bonis maio- ratus, teneri incrementum illud solvere, nisi excedat tertium & quintum bonorum talis possessoris ma- ioratus, atq; tunc teneri solui solvere excessum eius tertij & quinti, modo circa seruatum supra expli- cato, neque esse implenda alia legem eiusdem poss- fessoris maioratus, vt pote inualida, eo quod nullu, tempore mortis, habuerit quantum, de quo posses- sori la relinquere.

Ex dictis quoque dissoluetur tertiu dubiu circa eandem legem. Querunt enim multi, vt lex illa sit solum intelligenda quado sumptus sunt moderati, atque qualitate possessorij, reddituum maioratus, quantitate filiorum, & attentis cæteris circumstantijs concurrentibus: non vero quando sunt excellenti, at- tentis eisde circumstantijs. Et quidem Aries Pinel. num. 71. citato, Burgos de Paz. q. 7. de maioratibus nu. 27. Gutier. vbi supra q. 83. nu. 5. & alij, quos ci- tat, intelligendã eam censent solum, quado sumptus sunt illo modo moderati: fecus vero quado pruden- tis arbitrio sunt excessiui, & ex illis vtilitas magna re- sultat successori in maioratu: nam tunc tenerentur successores in maioratu eos sumptus solvere, ne vxor, & filij, maneat in tato & tam irrationabili de- trimento. Dicendum verò arbitror, si sumptus, mo- do in duobus præcedentibus dubijs explanato, ex- cessiui sint, teneri maioratus possessorum, qui illos fecit, sumere solum incrementum in sua medietate lucrorum, aut in sui capitale, cõparatione vxoris, & cõparatione filiorum, in suum tertium & quintu: si vero aliquid plus sit infumptum, id solum teneri solvere successores in maioratu, modo circa seruati tem, & alias meliorationes factas, explicato.

Quartum dubium est, vtrum, quavis successores in maioratu non teneantur solvere eos sumptus, de quib. l. 46. Tauri est sermo, vxori, filijs, aut alijs he- redib. eius possessoris, qui illos fecit, nihilominus vxor, filij, & alij heredes, possint tollere sibi ea me- liora-

lioramenta, si sine præiudicio maioratus, quoad sta- tum, in quo erat antequam ea melioramenta fieret, auterri possint. Molina cap. 26. citato, num. 16. affir- manter respondet, propter iura quadam, que id dis- ponunt & nos disp. 463. citauimus, in alijs euentibus, in quibus successores in re, in qua melioramenta sunt facta, non teneretur ea solvere. Addit tamen, si successores in maioratu uelit solvere tali vxori, filijs, aut hereditibus, quantum ea meliorameta valent, ex- tracta ex prædij maioratus, tunc non posse illos ea extrahere, iuxta iura que in calce disputationis 463. citauimus, & ea que in illis alijs euentibus nos ca de re diximus. Est tamen contrarium proculdubio af- firmandum in maioramentis factis in maioratibus, de quibus modo disputatum est in vxorem, filios, aut alios eius heredes, qui illa fecit, non posse ea ex- trahere. Etenim lex ipsa 463. Tauri disponit, quod eo ipso, quod sunt facta, maneat vinculo maioratus alligata, & sint proflus inalienabilia, nullo per- luto precio æstimationis eorum vxori, filijs, aut alijs hereditibus eius, qui illa fecit: sic enim ea lex habet. *Sean así de mayorazgo, como lo son, o fueren, las ciuda des, y villas, y lugares, y heredamientos, y casas, donde se labraren. Y mandamos, que en todo ello succeda el que fuere llamado al mayorazgo, con los vinculos, y condi- ciones en el mayorazgo contenidas, sin que sea obligado a dar parte alguna de la estimacion o valor de los dichos edificios a las mugeres del que lo hizo, ni a sus hijos, ni a sus herederos:* non est ergo integrum his, ea, semel vinculo maioratus alligata, auterri ex eo, quod æsti- matione, aut pars sumptuum, eis non soluatur, vt apere- re hæc ipsa lex disponit.

Quintum dubium est, vtrum ea lex intelligenda sit solum in expensis factis in ijs tantum rebus ma- ioratus de quibus loquitur, an verò de expensis, & melioramentis factis in quibuslibet rebus maio- ratus, vt in ædificandis molendinis in prædio maio- ratus, in illis reficiendis, & in alijs similibus, ijs, de quibus lex illa non loquitur. Molina cap. 26. citato, num. 17. arbitrat, vniuersim eam legem esse intel- ligendam, etiam de melioramentis, que non expen- dit. Ducitur, quoniam ratio, cur lata est, quia scilicet: acquitas non patitur, vt successores de suis bonis aut de redditibus maioratus ad se attrinentibus, ea soluat, vim habet in omnibus vniuersim melioramentis, fa- ctis in rebus maioratus: lex autem extendenda est ad omnia, ad que se extendit ratio, propter quam est lata, eaque omnia censenda est comprehendere: vn- de, que in ea lege fuerunt expressa, in quibus vim ha- beret, solum gratia exempli ait fuisse expressa. At- que ita subiungit fuisse aliquando iudicatum in su- premo senatu, tametsi itum sit in contrarias senten- tias, interdumque in contrarium fuerit iudicatum. Contrarium arbitror esse dicendum cum Burgos de Paz. q. 7. citato, nu. 15. & cum Gutier. quæst. 82. citato, & cum alijs, quos citans, qui etiam referunt, ita fuisse sæpe iudicatum. Potissimum duor, quo- niam lex illa dura est, atque exorbitans, vt pote, que quoad melioramenta actu existentia in rebus ipsis maioratus, denegat vxori partem lucrorum: ad ip- sam attinentem, & filijs incrementum legitimarum: & quoniam perpicue ea lex id disponit solum in eis tantum bonis que exprimit; neque ex feruillius villa est effigies, quod illa expresserit solum gratia exem- pli, & quod voluerit eam dispositionem ad alia etiã extendi: lex autem dura & exorbitans, etiam ex pa- ris, aut maiori ratione, extendenda non est ad alia, que non exprimit, & de quibus non disponit; atque in re propoita constat, eam fuisse rationem, eam eam solum fuisse rationem, quam Molina refert, vnde mo- ti sunt legislatores ad illa in eis rebus ita statutum: quare circa alia melioramenta, illa in hoc Castellæ regno sunt dicenda, que circa seruantes, & vniuersim

A circa melioramenta facta in rebus maioratus, supra diximus dicenda esse stando in iure communi. Sextum dubium est, vtrum lex 46. Tauri, quoad verba illa: *y así mismo los edificios, que de aqui adelante se hizieren en las casas de mayorazgo, labrando, o reparando, o edificando en ellas;* intelligenda sint solum de domibus habitationis maioratus, an verò etiã de alijs, quæ pertinent ad maioratus, sed facte sunt ad habitationem colonorum, aut in molendino ad habi- tationem eius, qui curam illius, illudve conductum habet, aut que facta sunt ad eas locandũ alijs. Bur- gos de Paz. q. 7. citato, nu. 18. ait, circa hanc quæstio- nem à peritissimis aduocatis itum fuisse in cõtrarias sententias, eamque indecisam relinquit: fortè ne ad- uerfaretur auo suo, quem refert aseruisse, de omni- bus vniuersim domibus, ad maioratum attinentibus, intelligendam esse eam legem. Atque hæc opinio- nem amplectitur Gutierrez vbi sup. q. 83. Qui re- fert, Pelas exfirmare solum esse intelligendam de domo habitationis maioratus. Equidem censeo, in- telligendam eam legem esse, de quibuslibet domi- bus dicatis ad habitationem maioratus, siue in curia, siue in loco, in quo præcipue reficit, siue in oppido, aut oppidis sui maioratus, siue in saltu, aut in loco a- lio recreationis: non verò de domibus vinculo maio- ratus alligatis, quæ dicatur non sunt ipsius habitatio- ni. Lex enim illa, quæ dura & exorbitans est, stricte fan- ctæ est intelligenda, neque alias domus planè sonat, quam dicatur maioratus habitatio, quæ simpliciter dicuntur *las casas de mayorazgo*.

Ex eisdem verbis legis 46. Tauri, in præcedenti dubio relatis, constat, si quis domus, etiã ad habita- tionem possessorum maioratus, de nouo construat in solo maioratus, non habere locum in illis dispo- sitionem eius legis, quoad eam maioratus melioratio- nem. Etenim verba illa non comprehendunt domũ de nouo factam, sed ædificium factum in domo ma- ioratus præexistente, eam augendo, aut reficiendo, vt ex verbis ea lege relatis constat. Quin, si domus æquata esset solo, aut exiusta omnino, iterumque ædi- ficaretur, in illa non haberet locũ lex 46. Tauri, quo- niam, vt copiose & doctè Burgos de Paz. q. 7. citata, à num. 19. probat, id non est reficere domum præe- dentem, neque in ea aliquid ædificare, sed est nouam domũ efficere in solo maioratus, in quo alia numero distincta antea erat. Ipsum legito. Placet verò quod, Molina c. 26. citato in fine nu. 12. ait, videlicet, si ser- uirus domui maioratus ematur, aut alio titulo acqui- ratur, vt luminum, vel stillicidij, aut alia similibus, in il- la habere locum legem 46. Tauri, quoniam id quasi quippiam additum, atque auctum domui maioratus reputatur.

DISPUT. 645.

Vtrum ex maioratu Trebellianica, aut fal- cidia, detrahi possit. Et quouque ma- ioratus possessor emolumenta ex maio- ratu percipere possit.

S V M M A R I U M.

1. Maioratus quacunque ratione instituitur, detrahi ex illo non potest Trebellianica, aut Falcidia.
2. Maioratus possessor ita eo perfrui debet, vt culpabili- ter, lesum, deteriorare illum non relinquat: alio- quin damnium iniuste damni, de bonis suis liberis erit in maioratu reficiendum.
3. Maioratus possessor quousque arbores cadere possit, ipseque cedant, tam ex sylua arborum non fructife- raram, quam fructiferarum.



- 4. Maioratus possessor sylviam, aut nemus, reducere potest ad culturam, aut e contrario, aliquid cultum in sylviam, aut nemus, si id cedat in evidentem utilitatem maioratus.
- 5. Maioratus possessor quousque capere, interficere, suaque ea ratione efficere, possit bona praediorum maioratus, venando ac piscando.
- 6. Maioratus possessor sua efficit, non solum pensiones ex praedijs emphyteuticis, quae maioratus sunt quoad proprietatem, sed etiam laudemiam.
- 7. Maioratus possessor quantum ius habeat in thesauro, venis metallorum, & similibus rerum, quae in praedijs maioratus reperitur.
- 8. Maioratus ex iurisdictione quos fructus percipiat possessor illius.

**D**isp. 187. iuncta disp. 186. dictum est copiose de quarta Trebellianica, & disp. 273. de falcid. Cum autem utrobique ostenditur sit, restator expressè prohibeat eas quartas deduci, vel fideicommissum, aut legatum, alienari, deduci tunc eas non posse: & in verbo maioratus Hispani comprehendatur ac significetur, ut bona, quae vinculo maioratus alligantur, perpetuo conferantur inalienabilia, atque ita integra, & unita transeant ad omnes, qui ab institutore ad eum vocantur; consequens profecto est, ut, est maioratus testamentum instituitur, siue, in quo instituitur, haeres eorum bonorum constituitur, detrahere ab illis, aut à parte eorum, ex qua sola instituitur maioratus, non possit trebellianicam, aut falcidiam, sed integra deuenire debeat ad vltimum vocatum, ut bene Molina lib. 1. de primog. ca. 17. nu. 18. & à nu. 26. docet ac probat. Quare superfluum hoc loco reputo longam hac de re dissertationem, quam eo capite Molina texit.

**2.** Quod ad secundum, in titulo huius dissertationis propositum, attinet, dicendum in genere est. Cui maioratus possessor dominium, tam vtile, quam directum, rerum maioratus habeat, ceterum in alienabile, obnoxiumque; v. integrum, ille sumque, vltimus ad eum dem maioratum vocatis restituitur, ut saepe dictum est; consequens sane est, ut ita possessor maioratus eo perfrui, fructusque & emolumentum ex illo percipere possit, ut nihilominus ea de causa laesus, ac deterioratus, ad successorem non transeat, & ut ex bonis eiusdem liberis restitui id detrimentum debeat, & per se damnum, si quod inde successoribus in maioratum obtulerit, quia minores fructus, minoraque emolumenta, ea de causa ex illo percipiunt.

**3.** Hinc, si in maioratu sit sylva caedua, hoc est, quae inferunt, v. cedatur, lignaque inde, tanquam fructus, & emolumenta, extrahantur, quia ex stipitibus, ac radicibus, renascuntur, ut habetur l. sylva, ff. de verb. sig. Ad de v. vel terra sua sponte ea profert, vel ex ferunt, quae ex arboribus v. lucubris decidunt, naeantur, aut etiam confuetum est aut & industria, loci excisionum, in ea plantari, ut suo tempore excipiantur, & extrahantur. Hinc, inquam, si in maioratu sit talis sylva caedua, potest maioratus possessor cadere ex illa arboribus, dummodo non excedat consuetum modum caedendi illas ex ea sylva, & potest illas vendere: haec enim fructus sunt ex eadem sylva. l. diuortio. §. si fundus ff. solu. matr. & conuenit, l. 27. in princ. tit. 1. par. 4. Non verò debet maioratus possessor ad eos restringi, ut v. usufructuarius, de quo disp. 7. dictum est, quousque possit in rebus, quarum habet vsum fructum: cum enim possessor maioratus dominium sit rerum maioratus, quoad vtile & directum dominium, sane licitum illi est eis frui, fructusque & emolumenta ex eis percipere, infra doli, dissipationemque ac detrimentum manifestum eorum: debet quippe eis uti, & non abuti in detrimen-

tum successorum in eo maioratu: quare, ut disp. 61. §i dictum est, non tantum cautionem exhibere teneatur quantam usufructuarius, sed solum teneatur cauere de dolo latave culpa, quae dolo acquiratur; imò de consuetudine huius regni, nullam praestat cautionem, nisi quando de dissipatione est suspitio, ut ibidem dictum est. In his consentit Molina lib. 1. de primog. c. 22. à nu. 1. Ex sylva autem non caedua, ex eadem re non potest arbores fructuosas, nisi id vtilis esset sylva, oliuetum vetustum renouando, amputatione ramorum, relictoque solo stipite, aut excidendo quasdam arbores, & alias vtiliores & magis fructuosas, earum loco inferendo, l. sed si grandis, & l. acquifimum. §. fructuarius, ff. de v. l. uct. l. diuortio. §. si fundum, ff. solu. matr. & l. 27. tit. 1. par. 4. affirmatque Molina vbi supra cum plerisque alijs, quos citat. Quamuis autem arbores grandis fructiferae, si vento, aut alio infortunio, sint euulsae, ad fructuarium non pertinent, neque eis vi possit, nisi pro reparacione domus eius sylva, cuius habet vsum fructum, vel ad suum vsum, comburendo ex illis, quae ad alium vsum non spectant; sed eiuusmodi arbores ad proprietarium spectant; idemque sit dicendum de arboribus non fructiferis, similiter euulsis, quas ipse excidere non possit, ut habetur l. arboribus, ff. de v. l. uct. quomodo item, si similes arbores eradicentur in fundo dotali, quas maritus, tanquam fructus ex eo fundo non poterat excidere, non pertinent ad maritum de iure communi, sed pretium earum cedat in augmentum dotis, ut habetur l. diuortio. §. si fundum, v. l. sed si vi. ff. solu. matr. & l. 27. tit. 1. par. 4. nihilominus, si similes arbores eradicentur, aut excidentur, in praedio maioratus, sane ad possessorem tunc maioratus pertinent, tanquam ad verum earum dominum, ut bene Molina vbi supra primum. 6. affirmat. Tenetur tamen alias, loco earum, plantare, si id possit et natura rei, atque status eius praedij.

**B** Vtrum autem possessor maioratus possit nemus, vel sylviam, maioratus extirpare, ac conuicere in praedium, vineam, oliuetum, hortum, nouata, aut in aliud simile, vel tem aliam similem, in aliam commutare: Omnes conueniunt quando ex ea variatione detrimentum sequetur maioratu, fructuosioribusque in illo, nec id esse, teneque tam maioratus possessorem, ad damna inde sequuta. Quando verò ex ea variatione nullum sequitur detrimentum, sed potius emolumentum, & commoditas maioratus ad successorem in illo. Multi circa rem emphyteuticam, aut feudalem, arbitrantur, necesse esse emphyteutam, aut vasallo, id efficere sine facultate proprietarij: si verò id efficiat, incidere in commissum; eos retulimus disp. 477. rem hanc disputando circa emphyteutam, de eorumque numero est Molina lib. 1. de primog. c. 22. nu. 7. vbi ibi retulimus, qui similiter ibidem arbitrantur, necesse sit esse, possessorem maioratus idem efficere in re maioratus. Nos verò de dissertatione citata, contrarium affirmauimus esse regulariter verum circa emphyteutam, consuetudineque in Lusitania esse receptum, idque propter ea, quae ibidem à nobis dicta sunt. Longè vero magis existimamus, idem esse dicendum circa bona maioratus, quando id constat fieri in utilitatem evidentem maioratus & successorum, licet forte aliquis maioratus potius optaret, rem illam retinere formam, quam antea habebat. Ducor, non solum quoniam possessor maioratus, verè et dominus utilis & directus earum rerum, dum illas possidet, ad ipsamque independenter à quo cunque alio, pertinet administratione, & commoditas earum; sed etiam, quoniam ea in re potius est attendenda voluntas institutoris maioratus, quae successorum in illo: praesumpta autem institutoris voluntas est, ut id fiat in rebus maioratus, quod

**C** cedit in evidentem utilitatem earum, & successorum, esto id alicui successorum displiceat. Adde, si re ipsa ex ea variatione nullum detrimentum sequitur fructuosioribus ad nullam restitutionem cisterentur, esto id ei set factum contra praesumptam voluntatem eorum, atque institutoris: transgressio quippe illa voluntatis eorum, attinet quidem ad iniuriam, cui correspondet poena, si feratur sententia & ea poena imponatur; non verò habet rationem damni illat, quod restitutione ei refarcendum.

**E** Quoad animalia, quae in nemore maioratus continentur, in lacubus, paludibus columbarijs, & in similibus maioratus locis, dicendum est. Quamuis merò v. usufructuario, non plura ex eiuusmodi animalibus capere liceat, suaque efficere, ac vendere, quàm ita, ut totidem in eis locis maneat, quot erant quando frui cepit, ut habetur l. v. usufructuarium venari, §. si in viuarijs, ff. de v. l. uct. nihilominus maioratibus familia loca possidentibus, aliquid plus licet: modo enim notabiliter non recedat illa deteriora, nimium conuolunt animalia eorum locorum, venari, & piscari, capereque poterunt, quae voluerint. Ita Molina vbi supra, à nu. 8. cum alijs, quos citat. Lege, quae de eiuusmodi animalibus disp. 41. dicta sunt, emphyteutam, si maioratus praedia aliqua habeat, quousque alij in emphyteute, maioratus heredi possessor, sit proprietarius, tunc non solum pertinet ad eum possessorem pensiones emphyteuticæ, tanquam fructus proprietatis, ut ex se liquet, sed etiam laudemiam, quae soluitur ex alienacione rei emphyteuticæ: haec enim reputantur etiam veluti fructus proprietatis. Ita Molina vbi supra, num. 12. cum alijs, quos citat.

**D** De thesauris, & venis metallorum, & aliarum similibus rerum, reperitis in praedijs maioratus, de quibus Molina lib. 1. de primog. ca. 23. disputat, quousque ad maioratus possessorem attineant, dictum à nobis est disp. 54. & 55.

**393** cedit in evidentem utilitatem earum, & successorum, esto id alicui successorum displiceat. Adde, si re ipsa ex ea variatione nullum detrimentum sequitur fructuosioribus ad nullam restitutionem cisterentur, esto id ei set factum contra praesumptam voluntatem eorum, atque institutoris: transgressio quippe illa voluntatis eorum, attinet quidem ad iniuriam, cui correspondet poena, si feratur sententia & ea poena imponatur; non verò habet rationem damni illat, quod restitutione ei refarcendum.

**5.** Quoad animalia, quae in nemore maioratus continentur, in lacubus, paludibus columbarijs, & in similibus maioratus locis, dicendum est. Quamuis merò v. usufructuario, non plura ex eiuusmodi animalibus capere liceat, suaque efficere, ac vendere, quàm ita, ut totidem in eis locis maneat, quot erant quando frui cepit, ut habetur l. v. usufructuarium venari, §. si in viuarijs, ff. de v. l. uct. nihilominus maioratibus familia loca possidentibus, aliquid plus licet: modo enim notabiliter non recedat illa deteriora, nimium conuolunt animalia eorum locorum, venari, & piscari, capereque poterunt, quae voluerint. Ita Molina vbi supra, à nu. 8. cum alijs, quos citat. Lege, quae de eiuusmodi animalibus disp. 41. dicta sunt, emphyteutam, si maioratus praedia aliqua habeat, quousque alij in emphyteute, maioratus heredi possessor, sit proprietarius, tunc non solum pertinet ad eum possessorem pensiones emphyteuticæ, tanquam fructus proprietatis, ut ex se liquet, sed etiam laudemiam, quae soluitur ex alienacione rei emphyteuticæ: haec enim reputantur etiam veluti fructus proprietatis. Ita Molina vbi supra, num. 12. cum alijs, quos citat.

**6.** De thesauris, & venis metallorum, & aliarum similibus rerum, reperitis in praedijs maioratus, de quibus Molina lib. 1. de primog. ca. 23. disputat, quousque ad maioratus possessorem attineant, dictum à nobis est disp. 54. & 55.

**7.** Quod attinet ad fructus, seu emolumenta, iurisdictionis, quando maioratus iurisdictionem habet. In primis inter eos fructus computatur poena fiscalis, si concessione principis ad eum maioratum spectet, etiam si continentur res immobiles, ut bene Molina, cum plerisque alijs, quos citat, aduersus quosdam alios alseuerat lib. 1. de primog. ca. 25. à nu. 20. Quomodo autem eiuusmodi fructus, seu poena, ex delictis commissis tempore antecessoris in maioratu, quando poena executionis est mandata tempore successoris, inter vtriusque sint diuidendi, disp. 63. explicatum est.

**8.** Deinde inter fructus iurisdictionis computantur, constitutae arcium praefectorum, iudices, qui loco, & nomine possessoris maioratus, iustitiam administrant, de iurisdictione, tabelliones, & alios ministros publicos. Vt enim cum Inno. & plerisque alijs, quos citat, bene ait Fel. c. cum olim. num. 2. de maiorat. & obedi. quos etiam refert ac sequitur Molina c. 25. citato nu. 2. quando quis habet ius ad aliquid faciendum, ut ad eligendum, praesentandum, conferendum, vel aliud simile, vti ac exequitur eius iuris, est quasi fructus, qui inde percipitur, & qui per consequens percipitur ex dignitate, praebenda, aut munere, cui id ius est annexum. Sic fructus Episcopatus est, conferre beneficia, eligere, aut similia facere. Fructus autem canonicatus est, ferre suffragium in capitulo, & eligere ad aliqua. Eodemque modo fructus maioratus, habentis iurisdictionem, est, eligere magistratus, ac ministros publicos, ad eandem iurisdictionem exercendam. Quia tamen de eiuusmodi electione, & quando ministri à maioratus possessore constituti expirant, dicitur commodius tractatu quinto, illic vsque res haec differatur.

DISPV. T. 646

**Ad qua onera maioratus possessor teneatur. Et num facere teneatur inuentarium de rebus maioratus.**

**S V M M A R I V M.**

- 1. Maioratus possessor ad qua onera & sumptus teneatur, aut non teneatur, circa res maioratus.
- 2. Maioratus possessor, heredesque illius, ex qua onera culpa teneatur, aut non teneatur, ad damna rebus maioratus subsequuta, tenentur, de leui culpa.
- 3. Praelatus, & haeres illius, tenentur de leui culpa damnorum subsequutorum rebus Episcopatus, aut alterius praelaturae.
- 4. Fideicommissario tenetur haeres grauatus de culpa leui damnorum fideicommissi, subsequutorum, si is haeres grauatus commodum aliquod ex eis bonis reportarit.
- 5. Maioratus possessor, aut praelatus, vel beneficiarius, si tantumdem suis sumptibus meliorauerunt res maioratus, aut Ecclesiam, quantum damnorum culpa ipsorum, saltem leui, in eis suis sequuntur, locus est compensationi.
- 6. Ad qua onera & tributa teneatur possessor maioratus ratione rerum eiuusdem maioratus.
- 7. Sumptus litis, num maioratus ad possessorem pertinet, asse de suis bonis tenetur facere. Si vero sit circa destruendum, aut minuendum maioratum, & sint modici, idem possessor tenetur illos facere. Si sint magni, de bonis maioratus, ita ut in successoribus redundent, sum facienda. Et ad quos tenentur usufructuarius.
- 8. Maioratus possessor an facere teneatur inuentarium bonorum maioratus.

**D**icendum deinde est, ad qua onera, sumptus maioratus possessor teneatur. Quomodo autem dictum est, tenetur cum ad impensas cum emphyteuta, atque ad conuentionem, quoad id fieri possit, eius rei in statu, in quo illam accepit, atque ad fructuum collectionem, facereque eas debere de suo, seu de fructibus, quos ex ea percipit: eaque de causa reficere teneri domum emphyteuticam, seu quodcunque aliud emphyteuticum aedificium; non tamen instaurare illud, si vetustate, aut alio infortunio, absque sua culpa, corruit, aut exustum est, & multo minus tenetur illud diruere, & instaurare, si vetustate, aut aliqua alia de causa, absque sua culpa, ruinam minetur: teneri etiam reficere aggeres, & purgare fossata, alueosve agrorum: itemque teneri reficere & purgare puteum, atque, si lege, statuto, aut consuetudine loci, vel praescripto, teneatur vnusquisque munire la pedibus viam, pro situ & qualitate domus, quam possidet, aut contigebat ad mundandum locum aliquem vico proximo, vel deputatum ad proieciendas sordes eius vici, aut aliud simile, ad ea omnia teneri emphyteutam de suo, & de fructibus rei emphyteuticæ, vbi iuribus, autoritate Bartoli, Baldi, atque aliorum, quos Aluar. Valasi de iure emphy. q. 26. à nu. 1. refert ac sequitur comprobatum est: ite etiam ad casum expensas tenetur possessor maioratus in bonis, aut ob bona maioratus, ex fructibus & emolumentis, quae inde percipiunt. Atque hoc modo intelligi debent, quae Molina lib. 1. de primog. cap. 27. num. 5. & 6. cum alijs, quos citat, docet. Ad haec enim fere omnia, etiam usufructuarius tenetur, ut dissertatione citata, & disp. 7. dictum est, & constat ex l. diuortio §. impen-

**E** Tom. III. R 3 dia